Quelle:
Copyright:



„Servus Xti presbyter trecensis vitam bonam,
„et exitum beatum." Operis ipsius initium
„est: "Imperatorie Majestatis." In
fine codex mutilus est; desinit enim in
cap: 102 /: edit: Argent: 1500. Fol: / quod præ-
dices; reliqua ad caput usqꝫ 127 deside-
„rantur.

Petrus cognomine Comestor, seu Mandu-
„cator /: Gallis: Mangeur: / inde dictus /: jux-
„ta Trithem: cap: 380: / quod Scriptura-
„rum auctoritates in suis operibus crebriq
allegando quasi in ventrem memoriae man-
„ducaverit, Trecensis Presbyter ac Decanq
postea Cancellarius Parisiensis diem obiit
in secessu ad Canonicos S: Victoris ao 1178.
Plura de ejus operibus suppeditat Fabric:
Bibl: med: & inf: lat: T: I. pag: 404.

Cod: CXXXII.

Chartac: Fol: Sæc: 14. A 6.14.

Petri Comestor: Hist: Scholast:

Petri Comestoris historia scholasticaopq
in codice superiori descriptum, sed in aliqui-
„bus ab eo diversum. Deest enim prolo-
„gus; opus ipsum a prædicta editione quo-
„ad verba in multis discrepat, ita ut in
compendium videatur redactum; in fine
demum multo est auctius, additis nimirum
ex Josepho judaeo, Rhabano Mauro, et
de Sybillinis Prophetissis.
Ad calcem legitur: "Expliciunt historie
„Anno Mllo CCCoLXXVIIIo."